

V C  
5227

*h*

h. 443.

Vc  
5227

Q. B. V. D.  
AD  
PANEGYRICUM  
DIVO  
JOHANNI GEORGIO III.

S.S. ROMANI IMPERII ARCHIMARESCHALLO

ET

SAXONIAE

PRINCIPI-ELECTORI  
GLORIOSISSIMO,

PATRIÆ PATRI PIO, FORTI ATQVE MAGNANIMO

D. XXII. DECEMBER. M. DC. XCI.

FINITIS SACRIS MATUTINIS  
IN GYMNASII AUDITORIO MAJORE  
DICENDUM,

REI FREIBERGENSIS PUBLICÆ  
PROCERES, ANTISTITES  
FAUTORESQVE


humillimis precibus

invitat

M. Tobias Liebe Gymn. Patr.  
Rector.

---

Typis Beckerianis.





**A** Dhuc ora humecta la-  
chrymis, in terras dejectos vul-  
tus, atratarum syrmata vestium  
& sexcenta alia planctus lu-  
ctusque acerbissimi pignora vi-  
dere mihi videor, qvibus Sere-  
nissimo qvondam ac Potentissimo Principi ac Do-  
mino, Domino JOHANNI GEORGIO III.  
Duci Saxonæ, Juliaci, Cliviæ, Montium, An-  
griæ & Westphaliæ, Sacri Romani Imperii Ar-  
chimareschallo & Principi Electori, Landgra-  
vio Thuringiæ, Marchioni Misniæ, nec non su-  
perioris & inferioris Lusatiaæ, Burggravio Mag-  
deburgi, Principi Comitatus Henneber-  
gici, Comiti Marcæ, Ravensbergæ & Barbii,  
Dynastæ in Ravenstein, Domino Nostro Clemen-  
tissimo, saucii qvisq; sui cordis ex obitu Ejus-  
dem hausta vulnera superioribus diebus in hac  
urbe Metallifera ostendere voluit, satis verò  
non potuit. Ecquis enim in tanto luctus in-  
cendio, quanto nunc totam Saxoniam, Misni-  
am, Thuringiam, Lusatiam, imò magnam Ger-  
maniam flagrare cernimus, lachrymarum, ne  
dicam verborum, satis inveniat, qvibus heroicæ  
tanti Principis Virtutes exprimi, & ad memo-  
riam æternitatis transscribi queant. Inde  
igitur facile persuadere mihi possum, non defu-  
turos, qui me obscurum de schola hominem  
temeritatis & audaciæ insimulent, qvòd expo-  
nen-

nendis *Divi Herois Nostri* laudibus exercere calamum non dubitem. Hi verò si didicerint, qvæ me anteà satis timidum ad tale quid audiendum extimulârint, non admirabuntur, credo, istam mei propositi audaciam. Nimirum militum morem me secutum profiteor, qvorum si-  
ve in castris versantium, sive acie congregen-  
tium animus, si qvis fortè pavor eum expecto-  
raverit, nulla re magis erigi consuevit, qvām si  
Ducum suorum vexilla erecta videant. Qvam-  
qvam enim non unus apud Veteres vexillorum  
ufus fuit, utpote qvibus, qvoties tollebantur,  
vel rapidè celeriterq; milites contrahendi, vel in  
repentino tumultu prælia inopinati ad arma  
concurrendi ; vel pugnandi etiam & cum hoste  
configendi signum dabatur ; is tamen sicut o-  
lim, ita in hunc usq; diem habetur præcipuus,  
qvòd ad bene sperandum confirmandosq; ani-  
mos erigantur, adeò ut erecta illa metu fractos  
abjectosq; erigentium referre videantur emble-  
ma pulcherrimum, cum epigraphe: ERIGOR,  
UTERIGAM. Sic ergo me qvoq; diu mul-  
tuinq; hæsitantem, & tantum non omnia, qvæ  
ineptis oratorculis usu venire solent, metuen-  
tem vexilla tandem erexerunt : Illa videlicet  
vexilla illustrissima, qvæ *Divi Parentis æter-  
nitati Serenissimi atq; Potentissimi Principis ac  
Domini, Domini JOHANNIS GEORGII IV.*  
*Ducis Saxonie, Juliaci, Cliviæ, Montium, An-  
griæ & Westphaliæ, Sacri Romani Imperii Ar-  
chimareschalli & Principis Electoris, Landgra-  
vii Thuringiæ, Marchionis Misniæ, nec non su-*

311 ):( 2

pe-

la-  
vul-  
ium  
lu-  
ra vi-  
Sere-  
Do-  
III.  
An-  
Ar-  
gra-  
i su-  
Mag-  
eber-  
rbii,  
nen-  
Ejus-  
hac  
verò  
s in-  
lisni-  
Ger-  
n, ne  
oicæ  
emo-  
Inde  
defu-  
inem  
xpo-  
nen-

perioris & inferioris Lusatiæ, Burggravii Mag-  
deburgi, Principali dignitate Comitis Henne-  
bergæ & Barbii, Dynastæ in Ravenstein, Princi-  
pis Electoris ac Domini Nostri Clementissimi  
Pietas Theatro doloris in hujus urbis æde Do-  
minica magnificentissimè exstructo inferi eri-  
giq; voluit. Varias qvidem præ se ferebant  
formas prisorum Regum ac Principum mo-  
numenta : Alia enim exprimebant Corpus Py-  
ramidle, qvod initio quasi humi repens à qua-  
drangulari basi, per quatuor latera plana pau-  
latim assurgit, donec acuminatim proiectum  
perfectissimè in apice uniatur, ad demonstran-  
dum, à teneris statim Principum animos ad sum-  
mum Virtutis fastigium eniti : Alia exprimebant  
Labyrinthum, ut varios intricatissimosq; regum  
labores significant; Alia turritam speciem, ut  
inde Celsitudinem Principum vitamq; Eoru-  
dem instar Phari aut speculæ editissimæ esse col-  
ligerent posteri : Alia Leonibus smaragdinos  
oculos habentibus videbantur similia, ut com-  
mendarent Regum Fortitudinem sobriâ affe-  
ctuum moderatione celebrem : Alia columnæ  
erectæ formam effingebant, ut reitudinem  
nec unquam incurvandam justitiae æquitatem  
pulcherrimam esse Principum laudem docerent:  
Alia sub figura Sphingis exstructa conspiciebari-  
tur, ut & divinarum & humanarum rerum sa-  
pientiam immortalē Regum decus innuerent.  
Atenim verò frigent hæc omnia, qvoties fune-  
ream illam molem *Divi Herois Nostri* æternis  
laudibus erectam in oculos animumq; revoco.

Ut

Utpote qvæ non singulatim & sparsim, sed si-  
mul pulcherrimo comitatu omnium virtutum  
Principe Heroë dignissimarum symbola, vel, ut  
rectius loqvar, exempla exhibit. Undiqvaq;  
enim ejusmodi signa militaria ac vexilla sese of-  
ferunt, ut stupidus, fungus & stipes videatur,  
qvem illa non moveant excitentq; ad *Divi No-  
stri Electoris laudes commemorandas.*

In vertice hujus Theatri lugubris conspicimus volantem Famam, qvæ dextrâ buccinam ori admotam ; sinistrâ Gloriosissimi Electoris effigiem tenens, ecqvid aliud innuit, qvàm Ejusdem virtutes pleno ore ebuccinandas ? Subtus Geniorum chorus seqvitur, monstrantium Serenissimi Heroicum symbolum : *JEHOVA VEXILLUM MEUM* : ut inde Fidei Ejus Sinceritas atq; Constantia intelligatur. Hinc Columnæ visuntur quatuor arcubus arcuatæ triumphalibus, qvos ab omni latere vexilla stipant, ut significetur Herois Nostri Virtutem jam nunc de omnibus æternum triumphare hostibus. Columnis verò istis enatas quasi quatuor cernimus ferales Cupressos, qvæ sicuti Principis Nostri rerum gestarum famam ; ita luctum quoq; ob E. jus ex hac vita excessum omnes terrarum angulos percepisse indicent. In medio columnarum anteriorum sub Electoratus Saxonici insignibus charta conspicitur pendula, qvæ exequiarum continet titulum, ut quanti Herois jacturam fecerimus, nemo nesciat. Istis verò ille conceptus verbis legitur:

Jo-

JOHANNES GEORGIUS III.  
DUX. SAX. JUL. CLIV. MONT. ANG. ET. WESTPH.  
PRINCEPS.  
SUB. IMPERATORIS. AUSPICIO.  
GALLORUM. FORMIDO.  
ELECTOR.  
TURCIS. VICTIS.  
VINDOBONÆ. LIBERATOR.  
GALLIS. QVATERNA. EXPEDITIONE. REPRESSIS.  
GERMANIÆ. SOSPITATOR.  
TUBINGÆ. PIE. DEFUNCTUS.  
HOC. MONUMENTO.  
GLORIOSISSIMIS. MAIORIBUS.  
CORPORE. ADDITUS.  
F A M A.  
PER. ORBEM. ET. SECULA.  
SUPERSTES.

Singulæ porro columnæ in pulvinaribus suis  
diviniſſimarum Virtutum simulacra ſiftunt,  
*PRUDENTIÆ* nempe, *VIGILANTIÆ*,  
*FORTITUDINIS & MAGNANIMITATIS*,  
qvæ vultu gestuq; acutissimi ſui doloris ſenſum  
produnt, qvòd incomparabilem ſui Cultorem  
amiferint. Ipmum Thalamum funebrem coro-  
nant *arma militaria omnia* omni populo qvæſi  
acclamantia: *ECCE MARTEM MORTUUM!*  
Ad latera Columnarum torvæ Turcorum utri-  
usq; ſexus imagines conficiuntur, qui  
manus pedesq; vinculis conſtriicti maximo ſunt  
argumento, qvantam ab iisdem belli gloriam  
reportaverit *Heros Noster*. Taceo reliquum  
armo-

atrorum, vexillorumq; & Emblematum omnium  
apparatum splendidissimum, in qvibus fin-  
gendas, sculpendas pingendasq; omnis in mili-  
tari & civili architectonica excellentissimorum  
Antistitum industria summam laudem meruit.  
Etsi verò ista omnia atq; singula calamo perse-  
qui vel summa eorum majestas, vel sacer qvidam  
ex iisdem subortus horror prohibet ; à Bea-  
tissimis tamen Herois Nostri Manibus impe-  
tratum iri confido, ut in hac turbe Metallifera,  
magnificentissimæ illius molis funereæ devo-  
tissima admiratrice, inter pulpita qvoq; nostra  
Scholaistica Beatissimi Principis-Electoris lau-  
des resonent.

Qvas dum ex Famæ ore plenissimo qvasi re-  
leggere atq; ad craftinum diem, qvem Deus de-  
derit, finitis sacris matutinis recitare Superio-  
rum indultu in animum induxi, Vos ipsi,  
*pullati Proceres, atque Patroni suscipiendi,*  
qvos Freiberga nostra suum Principem Elec-  
torem acerbissimè lugentes videt, calamum  
meum sufflaminare mihi videmini, ne à vobis  
ambitiosius fortè petam, qvod innumera He-  
rois Nostri merita æqvissimo jure postulant.  
Tantum igitur abest, ut multis verborum  
ambagibus frequentiam Vestram exambire  
satagam, ut confidam potiùs infrequentem  
facile fore neminem, qvi æternam *Divi*

## JOHANNIS GEORGII III.

memoriam sibi curæ cordiqve esse  
profitetur.

Hym-

# Hymnus finito panegyrico canendus.

I.

**L**ux serena, lux amœna  
Cessit atris nubibus,  
Nubibus, qvas æther irâ  
Percitus contraxerat,  
Inclytus cùm noster Heros  
Solveretur corpore.

2.

Hinc caliginosa cuncta  
Obviabant undique ;  
Luctibus vacabat omnis  
Aula, Miles, Curia,  
Amplius qvòd non videbant  
Præpotentem Saxonem.

3.

Ecce verò qvam serena  
Lux resulget æthere!  
Vivit ille, qvem dolemus,  
Vivit inter jubila  
Cœlitum beatus, immò  
Vivit haut inglorius,

4.

Gloriam JOHANN-GEORGI  
TERTII per secula  
Cuncta, mundi perqve tractus  
Post futuri proferent ;  
Gloriam Turcis timendam  
Atqve Gallis efferis.

5.

Hos utrosqve nam repressit  
Diva Nostri Dextera,  
Ne nefandâ servitute  
Liberam Germaniam  
Opprimant nec sacra turbent  
Cultibus vanissimis.

6.

Ergò luctum temperemus,  
More nec gentilium  
Defleamus, qvem coronat  
Plena Cœli gloria;  
Qvi triumphat nunc subactis  
Universis hostibus.

7.

Ecce QVARTUM præsidere  
Nunc JOHANN-GEORGUM  
Cernimus, Virtutis ingens  
Nomen atqve gloriam :  
Qvi paternas usqve laudes  
Ampliabit æmulus.

8.

Gratulemur ac ovemus  
Infimi cum maximis,  
Gaudium testemur omnes  
Principi fortissimo :  
**VIVAT ILLE ! VIVAT ILLE !**  
Concinamus perpetim.



**ULB Halle**  
004 820 827

3





perioris & inferioris Lusatiæ, Burggravii Mag-  
 deburgi, Principali dignitate Comitis Henne-  
 bergæ & Barbii, Duasq; in Passenftein, Princi-  
 pis Electoris  
 Pietas Theatrica  
 dominica magnificè  
 giq; voluit.  
 formas prisconum  
 numenta : Alia  
 ramide, qvod  
 drangulari basi  
 latim assurgit,  
 perfectissimè i-  
 dum, à teneris  
 sum Virtutis f-  
 Labyrinthum, u-  
 labores significat  
 inde Celsitudin-  
 em instar Pha-  
 ligerent poste  
 oculos habent  
 mendarent Re-  
 stuum moderata  
 erectæ forma  
 nec unquam in  
 pulcherrimam  
 Alia sub figura  
 tur, ut & divi-  
 pientiam inno-  
 Atenim verò fi-  
 ream illam mo-  
 laudibus erectam in oculos animumq; revoco.  
 Ut

